

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Plutarchu Chairōneōs Ta Sōzomena Panta**

Continens Vitas Parallelas Graecè & Latinè

**Plutarchus**

**Francofurti, 1620**

In Romulum annotationes

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1340](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1340)

IN PLVT. ROMVLVM ANNOTATIONES GVIL.  
Xylandri & Herm. Cruserii interpretum.

19. a. *Fabius Pictor*) Fabii Pictoris extat fragmentum, &  
Catonis. Vide etiam Dionys. H. licarn. & T. Liuium. Cr.

Ibid c (*Germanus*) apud Varro lib. 4. De ling. Lat. &c a-  
pud Sex. Pompeium Festum, Cermalus legitur: quos vide.

Ibid. *Vel quia pecora ruminantia illic capabant umbram*)  
Ev. g. ζην, non εἰσι λέπτω, scribe. Est autem εἰσι λέπτω propriæ  
Meridiani, seu, Interdum dormire, aut, Quietis dare. Sic & in Lu-  
cullo, μεταμορφίας ἡγούμενος, Εἴδος τοῦ πάλαι σχήματος εἰσι λέπτων.  
Eustath. in 4. Vlyll. ad Versum de Proteo, Εἴδος οὐ δέραν, ait  
εἰσι λέπτων ab Oppiano οὐ πάλαις εἰσι λέπτων, nimis tunc diatribas  
sub dio.

20. a. *Hic Larentiam complexus est ac dilexit*) Οὐδὲ οὐδὲ τὸ  
Λαρεντῖα. Verbum γενόντων pro Rem habere, seu Corpus miscere,  
sumitur, quemadmodum & in sacris literis. Sic Plutarch. saepe  
loquitur. ut in Pompeio, τοῦ Λαρεντίου Μηδίδει τὸ Τύπον. & in Bru-  
to, τὸ Σερεπίας οὐρανόν Καίσαρ. & De mulierum virtutibus,  
γενόντων οὐρανόν αὐτῷ οὐρανόν τῷ Γαλάτῃ & initio Eumenis, de  
B. tina ab Alexandro habita. & in G. Iba, de matre Nymphidi-  
di. Latini eodem modo usurpatum verbum Cognoscere. Ouid.  
lib. 4. Metam. de Cadmo: - ille sua lambebat coniugis ora, η-  
nique sinu choras, veluti cognoscet, sibi. Et Iulius Cæsar simili  
modo loquutus est de Germanis lib. 6. Comment. belli Gal-  
li i: Intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in  
turpissimis habent rebus. Ceterum Larentia eadem historia  
est apud Plutarchum, Quæst. Rom. 35. & apud Macrob. lib.  
1. S. ternal.

Ibid. b. *Traiectum velaturam vocant*) Velaturam facere di-  
cuntur qui mercede vehunt: & *Velabrum*, quod ibi vehantur  
in tribus. ex Varro lib. 4. De ling. Lat. De velabro vide &  
Liu. Dec. 3. l. 7.

21. c. *Alueum se ad fliam ferre*) Αὔτη, οὐδὲ τὸ οὐρανόν τὸ Ιχαία. Sa-  
tis ex ipso sensu liquet, neutri generis demonstratiuum pro-  
nomen absolute possum, τὸ οὐρανόν alueum indicate: ut co-  
gitare non habeam quid Lapo, quem hæc peruerteret, in  
mentem venerit.

22. a. *Herodorus Ponticus*) In Græco est Ηρόδων, quod vi-  
tium sequutus uterque interpres, Herodotum extulit: quum  
sit Herodotus, cuius etiam in Theseo mentio facta est, Ηρόδω-  
νος. Fuit autem ex Pontica Heraclea: unde apud Athenæum  
lib. 11. Heracleotes citatur. Quin & apud Plutarchum in Ro-  
quest. xciiii. vbi illud hæc fere verbis referuntur, Ηρόδων  
recte legitur.

24. a. *Pahlia vocabant*) Horum, sicut & rituum condendæ  
verbis, est venustissima descriptio apud Ouid. iv. Fastorum, &  
Proprietum li. 4. elegia prima & quarta. Certe Dionysius Ha-  
licarn. οὐχ Καία appellare videtur sub finem primi libri.

Ibid. 4. *Familiaris erat Tarutius*) Cicero 2. De diuinatione,  
L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noster, &c. Vide  
locum.

25. b. *Testimonii aduersus patronum clienti, vel patroni ad-  
uersus clientem dicendi*) Vide hac de re iudic: u. C. Marci in præ-  
tura ambitus rei, ab ipso Plutarcho in eius vita descriptum.

26. d. *De quibus prolixius in Questionibus diximus*) οὐδὲ οὐ-  
τοις. Librum Plutarchi intelligo qui adhuc extat sub titulo  
Χειραρχίαν καταγεγόν, quo explicatio problematum seu quæ-  
stionum continetur. ibi in Romanis quæstionibus & hæc &  
alia id genus multa petræcantur. Faciunt hæc plurimum ad  
intelligendos cum aliis, tum Lucani locum libro 2. de Caton-  
is & Marciæ posterioribus nuptiis, hoc initio: *Turruaque*  
*premens frontem macrona corona, Transtata vertit contingere*  
*limina planta.*

Ibid. e. *Ceninensium rex Acron*) Κενινῆς. Magna est varie-  
tas in plerisque propriis vocabulis Græcis & Latinis. Infra in  
Marcello Κενινῆς legitur. Et Stephanum noui Κενινῆs scribe-  
re, per αὶ diphthongum: itemque Plinium. vt & Propertius li.  
4. primam produxit, hanc ipsam historiam describens: *Acron*  
*Hercoleus Cenina ductor ab arce.* Liuiani libri variant. Apud  
Dionysium lib. 2. perpetram scribitur Κενινῆs, pro Κενινῆs. A-  
pud Suidam etiam Κενινῆs, per e.

27. d. *Romulum fallitur Dionysius*) Halicarnasseum notat  
Dionysium, cuius hæc sunt verba lib. P. v. οὐχιαί. secundo:  
παλιντός οὐ τὸ ποικῆς αὐτὸς. (Romulus) εἰπεύει εἰδῆ μην ημέσε-  
μενος, αλλοργῆς δέρψης καταπυμένος πὰς πομπαὶ καὶ οὐ βασινοὺς αἰτη-  
μα σῶζει, πεθοῖ πᾶς πατεμεῖσθαι.

28. a. *Negque de Rhymitalce Thrace Casar*) Augustum intel-  
lige. Vide Plutarchum sub finem Apophth. Porro varie is

Rhymitalces Græcis & Latinis scribitur: non summo tamen  
historiæ momento.

Ibid. c. *Istam non Bois* τὸ οὐρανόν Αἰρεοί n. Scribendum est  
εἰς Βοΐοι τι. Boios enim Gallos fuisse nemo fere ignorat: Ar-  
bœos Gallos inuenio nullos. Pro χνερπινοῖ, malim χνερπινῳ.

30. c. *Ex auentino*) In Græco est Loentino. Annotator in  
versione Lapi apposuit, *Puro ab Auentino*. hoc videtur sequen-  
tus Amiotus. iudicent periti.

Ibid. c. *Romulus ab illis effusa mutuatus* θυροῖς. & ubi ver-  
ti Clypeis, αὐτὸς. Videtur autem θυροῖς maior esse quam sit αἱ  
αὐτοῖς: hoc est, scutum clypeus minor. Itaque scutum usurpabant  
postea temporis qui loricanum non cerebant. Argolicum sane  
clypeum non fuisse magnum, ex Virgilio appetet: qui oculum  
Cyclopis ei comparat, 3. Aeneidos, *Argolici clypeis aut Phœbea*  
*lampadis instar.* Quod posterius est ex opinione vulgi dictum  
& eorum qui solem sesquipedalem putarunt. Ceterū Liuui lib. 1. de armatura secundæ classis loquens, scutum ait eis pro  
clypeo datum. Dionys. lib. 4. hoc ipsum describens, αἱν οὐ αἱ  
αὐτοῖς αἱ οὐδεις θυροῖς. His ex verbis eorum quæ dixitatio con-  
stat.

31. c. *Pulsare oblates*) Vēsus sunt Butæ: quod miror neu-  
trum interpretum sensisse, eoque elegantiam loci ab iis inter-  
uersam.

32. a. *Vel subditio partu*) In Græco est, κλεμσὺν τὸ οὐρανόν. I. qui  
suspectum esset Lapo, his verbis expressissime satis habuit, *clam*  
*furtimque marito.* & hæc ad adulterium retulit. Amiotus cla-  
ues adulterinas intellexit. Ego quum semper mendum esse in  
verbō κλεμσὺν putarem, ea maxime ducebar coniectura, vel po-  
tius argumento, non esse simile vero, in legibus de matrimo-  
nio latis, de falsis aut occultis clauibus agi, præsertim ita ut in  
inter beneficium & adulterium id crimen medio loco referre-  
tur. Ergo πατέρων legendum censeo, ut cum beneficium prohi-  
beretur, tunc ne qua alienam sobolem pro sua supponeret,  
atque ita decepto marito genus stirpe inque vitiat. Recke-  
ne ita censem, viderint docti, quorum iudicium facio. mihi  
quidem, ne causa eadem, haud valde metuo. Certe βριην οὐ-  
σοληπτα vocari subditios liberos, satis est notum.

33. d. *Quod septimagium, id est septimam portionem, vocant*)  
τὸ Σεπτημένιον καὶ οὐδὲν, οὐδὲ οὐδὲν οὐδὲν. Dionysius rectius vide-  
tur τὸ οὐρανόν οὐδὲν μηδὲ dicere, septem pagos, (vel septem-  
pagium) quos & Porsena Etruscus reposcebat, vt lib. 5. Diony-  
sius perspicue docet. Ceterum quod apud Dionysium sequi-  
tur, οὐδὲ οὐρανόν τὸ οὐρανόν τὸ οὐρανόν, (libet e-  
nim hoc obiter monere) ex hoc loco Plutarchi vitiolum esse  
intellexi, emaculatique locum posse, si legatur τὸ οὐρανόν  
&c. Plutarch. αἰλοπηγῶν expressius habet. Error librarii is fuit,  
vt facile admitti potuerit.

34. b. *Ac magistratum supremum Albanis quotannis crea-  
ret*) In Græco est Σαλινοῖς, quod non video quomodo locum  
possit habere. Αἰλοπηγῶν lege.

35. c. *Aristea Proconnesio*) Προκοννεῖον. Legendum P. p. Insula  
est Propontidis Proconnesus. L. p. Aristea protulit, se-  
quuntus (vt opinor) mendosam: Plinius lectionem, qui huius si-  
militatem de eo narrat lib. vii. Histor. natur. capite 111. Vide  
Herodotum in Thalia, ex quo Plutarchus historiam hanc vi-  
detur decerpisse, (ibi quoque Αἴσιος Προκοννεῖος dicitur) &c  
Suidam. Meminit Gellius 9. 4. De Cleomedes lege Eliacorum  
posteriorem apud Pausaniam. Fabula eius, de Sampsone sa-  
cro videtur, ut multæ aliae, imitata.

Ibid. e. *Omnium corporis tenetur morte pallida*) Locus hic Pin-  
darior extat in iis quas hodie eius habemus reliquiis. Ipse  
trochaicis vel sibis trimetris hypercatalecticis expressi illos  
versus, Non sum adeo inscius eorum quæ ad considerandos  
Græcos versus attinent: scio quæ ab Hephaestone & Trichino,  
aliisque ad eam rem tractandam sint subministrata adiu-  
menta. Sed quod versus in Græco textu non sunt distincti, &  
varie possunt cum distinguunt scandi, vt aliud subinde a que  
aliud genus carminis præse ferant: curioso & (fere dixerim)  
inutili labore supercedere volui cum hic tum alibi, & mea vi  
libertate. Lectoris est gratiam nobis huius vel licentia, vel (si  
ita vult vocare) ignavia facere, alioquin satis magno labore  
pondere grauatis.

36. c. *Vt Marcū, Cneum, Caium*) Xyl. Veluti Marcū ac Caī:  
annotatq., Marcellus est in Græco, apud Lapum & Amiotum.  
Sed mihi nequam placuit: qui intelligerem hinc prænomi-  
na intelligi, quæ omnium sunt apud vulgus, & in huiusmodi

præsertim concursum, vistatissima, neque vero tam multi erant Marcelli quam Mirci, nedium isto tempore, sed ne alias quidem. Verum in te aperta quid verba facio? Si cui tamen Marcelli pertinaciter placebunt, (nam incuria, non consilio, retentos ab interpretibus iudico) non impedio quin suum sequatur ingenium: modum eminerit, in vita Camilli, ubi ea quæ de Tutola sequitur fabula, repetitur, Marcus re etissime legi, cum Caiis & Luciis. Historia hac referunt etiam in Saturnal. Macrobius lib. v. cap. 11.

37. a. Et ad Capra paludem tanquam ad mare pergant) sic enim dicitur. Quid hoc libi velit, sane si fatearis utrum ex cogitate non dum potui. sic si suisset, habuisse quem dicenter, iudicent hoc acutiores. Amiotus hæc verba accipit quæsi Capra palus versus mare sit intelligitur, quod an sensum dignum auctore exprimat, nescio. X. Criserius queque plane legendum censet, Et ad sacrum fucum, quod id priori narrationi sit coniunctus.

## IN COMPARATIONEM.

37. b. Illud Platonis profecto) Locus est in Phædonis secundæ pagina fine, ubi Socrates Simiae ostendit, metu malorum omnes homines, exceptis philosophis, fortis esse.

Ibid. d. Vnde mihi quidem haud perperam videntur philosophi amorem definire) Est & hoc apud Platonem in Sympacio.

38. a. Nemo ignorat mentem ei subito tantopere fuisse commotam) Hunc locum Lapus peruerit plane, neque tensum & verba sequentia considerauit.

38. a. Quæsse annis triginta & ducentis) Quid de hoc numero statuam, ambigo, nisi forte dissensio ab aliis plerisque auctoribus Plutarch. est putandus, in re ita illustri atque insigni: quomodo etiam de ætate qua vixerit Thesæus, ut supra retali. Ne ausim mendum dicere, facit quod illud fieri literis in comparatione Numa cum Lycurgo repetitur: & tamen n. e. dum suspicor. Nam Dionysius Halicarnass. grauis & diligenterissimus auctor, lib. 2. ait hoc factum Olympiade cxxxvii. M. Pomponio, C. Papirio Coss. id est, V. C. anno DXXIIII. ut nos & alii ferre numerant, quem annū Gellius numerans, alios non inat. Coss. lib. 4. cap. 3. & lib. 19. capite ultimo, alium annum, si non fallit codex. M. xii. & auctoratis I. prot. Tertullianus idem monachus & in Apologetico, affirmat sexcentis prope post Romanum condit. in annis Sp. Caruillum cum uxore diuortium fecisse. Certe trecentis prope annis ab aliis Plutarchi numerus distat. X. Valer. M. xiii. (ut annotat Cris.) habet Viginti & quingenis. Idem Valer. lib. 2. cap. 1. habet Cabillium.

IN PLVT. LYCVRGVM ANNOTATIONES  
Guil. Xylandri & Herm. Criserii, interpretum.

Q uo tempore vixerit Lycurgus, si quis disputatum & explicatum accuratus legere desiderat, Clementis Alexandrini primum Stromateon librum consulat. Huc enim nos transference qua copiose ab eo variis ex auctoribus sunt collecta, breuitatis studium non sinebat.

39. f. Præterea tribuit ei Xenophon veteris statis opinionem) Locus est in libello De Lacedæmoniorum republica. Is libellus lectus, nullum lucis huic adferet.

40. a. Heraclidas) De Heraclidis multa sunt passim apud Græcos, apud Pausaniam in Laconicis, & alibi, a quo etiam apud Herodotum non uno loco, ut de perimalo quam hac infarcire. Et Clemens multa a quo de Etabebi eo quem indicauit loco. Breuiter autem & iucundius restota est a Dietero Siculo prescriptra atque explicata, lib. 4. Ad eum te remitto. Plutarchus in Solone, ab Hercule vñdecimam fuisse Lycurgum fecerit; ut & hic ex Eutychida.

Ibid. b. Fama est Souni, quum in loco afferro & arido circumfideretur a Clitoris) Idem plane vel bis hoc referunt in Apoph. hegmatiis Plutarch. Laconicis. Sed ibi accusamus & tamen, siue Σων, ut ibi scriptum est, perperam cum praecedentibus onus nexus est, ut ex hoc loco sat manifesto apparet. Quæ res interpretetur quoque Raphaëlem Regium in errorem impulit, virum alioqui doctissimum. Itaque post Scæbdr., (pro quo scribendum potius Phœbidæ, ut apud eundem Plutarch. in Pelopida reperimus, & in Agesilao: quanquam hic reclamante serie alphabeticâ) illud apophthegma, μη τινι πλέον είσιας ή, διωριστὸν τὸν εἴσαντον διέταξε, interpungendum est, spatioque aliquanto interposito subiungendum hoc nouum Soi apophthegma, Σὸν λίγην εχει. & quæ sequuntur. Huius generis erratorum, & quidem multo graviorum, aliquot sunt in Græco center, in Plutarchi opusculis quæ Moralia inscribuntur & vocantur: interpretum vero oscitantur & easfa ignorantia, myriades multæ. hic apophthegma, pro apophthegmo.

ib. c. Euystionidas) Pausanias, accuratus in primis atq; si de dignus scriptor, libro tertio, qui de rebus Laconicis est, ubi virtutique familia reges enumerat, Euystionidas hos vocat, (Εὐυστιονίδας) & filium Soi Euryponta, (Εὐυπόντα Σωνίου) atque ita constanter legitur. Herodotus quoque in Urania, Leotychide genou, recentens, eum de quo querimus, Εὐυπόντα v. cat: sicut etiam in Aldino est libro. E iam infra in Lyndro Eupontidæ dicuntur: sed virtus librarii, ut quidem existimo. Nam mihi Euystion cum alias magis probatur, in Plutarchi saltem loco hoc & aliis: ut paulo ante in comparatione Pompeii cum Agesilao, initio Agydis, &c. Potest enim fieri ut ab istis disenserit, aliosque sequutus sit auctores) tum ratione declinationis, & obliquorum casuum moueor, dixisse etiam Eupontidæ: sed legitur hic Eupontova, & in Agide est Eupontovis, quum fuisse scribendum Eupontidæ. alioquin non & a scriptio est admodum affinis, sed accentus & ultima syllaba vocabuli me mouent. Porro idem (ut hoc lectoris gratia addam) Eunomum Pytanidis F. Euryponis N. facit.

41. a. Nomen dedit Charilao.) Herodotus lib. 1. eadem indicans, vocat hunc Leoboten, Λεοβότην. Eumque locum citans Pausanias quo divi libro, ostendit Laboram Ehebstati F. (Λεοβότην τὸ Εχεβστάτη) alius dictum: sed ipse dissentit haud dubie, & Chatillum Polydecte filium disserit post paulo nominat, Χατιλλον. Dionysius Halic. libro 2. Antiqu. Roman. ex Sabinorum historiis Eunomium appellat, εὔνομος (inquit) χρόνον ιστορίαν Εύνομον, οὐδὲ πρότερον, οὐδὲ τὴν Επαρχίαν νομος.

42. b. Regressus domum est cum celebratio illo oraculo) Ab Herodoto ibidem refertur ad verbum.

Ibid. d. Chalcicæcon) Edem Minerua fuisse constat. Stidas ita dictam, vel quod æterna (aut verius æterata) esset, vel à Chalcicenibus Eubœenibus condita, scribit. Luius lib. 35. templum esse Minerua æternum scribit: idemque Pausanias. Mentione eius crebra & nobilis p. 33. vi & apud Emilianum Prob. in Paeania, in eodem Minerua quæ Chalcicæcon vocatur, configit.

Ibid. Quod seruit eius collegam in regno Arbelæum) Pausanias expresse hunc Agisilam nominat. Lopus Archelaum legit: & pro Arithmida, Artemidam. In libello De dilectione amici & aduloris, contrario sensu hoc de Chatilao iudicium legitur: timiram non dignum cum laude & boni vitæ titulo esse qui ne malis quidem durum se praebat. Atque ita etiam in Laconicis Apophth. legitur, nisi quod ibi Archimida adscribitur.

Ibid. Quem aut Plato) Locus est lib. 3. De legibus.

Ibid. e. Sphærus rotidem ab initio. &c.) Haud raro iste sit quæ in vita Cleomenis Sphærum Borystheniten, Zenonis Citionis discipulum, Cleomenisque in Philosophia præceptorem fuisse scribit. Quæ ad numeri proprietatem attinent, in Arithmeticis traduuntur.

43. a. Ioni Sillano) In bac rhetra vertenda quædam Græca reliqui, quæ quid sint non intelligebam, ut est illud Gamondan & gorian.

Ibid. d. Ut aut Plato) Eo quem dixi libro.

45. a. Epoculum Lacedæmonicum quod coheret dicebatur) καὶ οὐ, poculum figlinum exiguum atque sinuolum. Describitur venuste apud Athenæum libro 11. vbi itidem assertur Critæ testimonium. Aliquando ponitur pro potu & cocomitatione: quomodo & κακοῖσιν velutum. Sic κακοῖσιν vocabulo vnu's est autor noster in Pyrho, ut ibi admonui. & in Timoleonte est, κακοῖσιν γενελλα, Potare: & in Anton. Quid εἰσιν sit, ex Elio Dionysio Eustathius 9. Odysseæ docet: Ego ita verti ut congruere maxime huc putau.

46. c. Namei qui sacrificasset vel venatus esset) Σύντονος ηγεμονίας. Lopus & Amiotus retardatum intelligunt: quasi si εἰσιν legissent: quæ sane vox in Lexicis reperitur, alibi legisse non succurrat. εἰσιν quidem non quadrat.

Ibid. e. Fama est quendam regem Ponti) Id factum à Dionysio tyranno refert. Cic. 5. Tusc. quest. & in Apophth. Laconicis i-